


Brauvianus Studior. Univ. Jagell.

Promotiones Ordinis Philos.

1663

Coveraya 2800


Musaynoli Thomeae Casim. Orbis Academ
icus ex quatuor elementis compactus —



Biblioteka Jagiellońska



stdr0001042



ORBIS
ACADEMICVS

32

EX

Quatuor Elementis

C O M P A C T V S.

ET

Quatuor ingenij dotib⁹ VV. DD. Candidatorum
D O T A T V S.

DVM PER

Excellentem & Admodum R̄ndum Dominum,

M. VALENTINVM
STALICKI,

Philosophiae Doctorem, Collegam Min.

Publicè in Lect. DD. Theologorum Laureâ Artium & Philo-
phiae Baccalaurei decorarentur.

A

THOMA CASIMIRO MVSZYNISKI, eiusdem Orbis in-
cola publicæ luci

E X P O S I T U S.

Anno D. M. DC. XLIII.

C R A C O V I Æ,

In Officina apud Haeredes STANISLAI LENCZEWSKI BERTVT.

Anno Domini 1663.

In Stemma Gentilitium inclytæ
Domûs
D A B S C I O R V M.

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS



Tollit Atlas Cælos humeris, hinc Astra meretur,
Stirps hæc, ex meritis fit sibi verus Atlas.
Innuit, hæc Patriæ fructum, quem parturit Astris,
Nec sinet Ecclesiam, posse perire dolis.

Iosephus Pestaloci, St. Rhet.

1160 I

AD PERILLUSTREM ET ADMODUM REU-
RENDUM DOMINUM,

D. L V C A M

DE LUBRANIEC

D A B S K I,

Canonicum Crac. S.R.M. Secreta-
rium, Mecænatem & Patronum fauentissimū
PARÆNESIS.



Vòd Tibi potius Elementis hisce constans Musa-
rum Orbis debeat militare, nemo est qui dubi-
itet, PERILLVSTRIS ET ADMODVM RND E
DOMIME, Mecanas amplissime. Non alibi et-
enim tutius laboriosa Musarum cohors hac, post
exantlatos literarij sudoris labores quiescendum
esse sibi duxit, quam sub umbrâ Gentilitiae Tuae
Arboris, quæ procul dubio, ab astu liuorum, fa-
uentii benevolentia eam protectura est tegmine.
Arborum namq[ue] hac felicitas est, quod tegmine
foliorum, à Solis ardentis astu defendere, quod viriditatis amanitate recre-
are, oculosq[ue] mortalium pascere consueuerit: Ideoq[ue] non immerito in Tuogen-
tilio Domus inclite viridario, reclinatorium adiuuenit Academica Musa-
rum progenies; cui fauentissimum porrexit quiescendi otium, Perugustæ
Stirpis singularis virtus, quæ fertili fructu uberrimè deriuatur in eos singu-
los, qui in protectionem Arborea umbra se dedicarunt, fructiferab beneficio
eiusdem experti documenta; quæ Republica non modò vniuersa, sed Regno
& Ecclesia magno sunt ornamento. Et sancte, liceat mihi eruere è fideli me-
memoria sinu Atlantico, emolumenta Patriæ, Illustrissimos intelligo Arboris

bulus inclita Viros, facundissimas plantas. An non illuxere infiniti Heroes,
quorum omnium primo se se inserit in altam Heroicorum facinorum Panegy-
rim, Illustrissimus Episcopae Vratislavie: Presul ANDREAS LVBRAN-
SKI, qui tanto in Patriam flagrabat amore, ut eum nulli Senatorij honores,
nulli fauores è Patrio amoris sôlio euocare potuerint. Haret animus, dum ob-
uius in copiosam Illustrissimi Presuli Posnanie: LVCÆ LVBRANSKI cur-
rit, & deuoluitur laudem; cuius Illustrissimum virtutis nomen, tot Eccles-
arum & Monasteriorum Sacra tecta, Diuisijs litata delubra, quâ Varsaviae,
quâ Posnania, marmoribus inscriperunt aeternitatis: Stupet & veneratur
aeternitatis presens saeculum, in ysdem Urbium locis, Nobilium Polonorum
Iuuentuti, literis excolenda & vberimias fundationes, Musisq; beneficè Empo-
ria exstructa. Et nonne opportune etiam se exhibet Illustrissimus ille, nullo
immoriturus aeo SubCancellarius Regni, LVBRANSKI? Non possum aquè
hic preterire silentio Illustrissimum eiusdem gloriae participem, dignissimum
iuxta ac meritissimum Senatorem LVBRANSKI, Bresten: nec non Kijouie:
Castellanum; è quorum Illustrissimi sanguinis facudissimo cespite DABSCI-
ORVM inclita feliciter excreuit Arbor. Haret & hucusq; recens memoria
paulò ante actis temporibus summè cum laudum Panegyri perennibus inscri-
ptis fastis, Vir Perillustris & Admodum Renerendus D. LVCAS de Lubra-
niec DABSKI, Perillustris Dominationis Vestre Patruus: cuius opus Di-
uinum, munificam erectionem Capelle in ædibus S. MICHAELIS P.P. Dis-
calceatorum posteritas in annales suscepit, Solem soli, decus decori addidit,
hic idem Perillustris, dum & in Arce Cracouien: Sacratiſſime Synaxis do-
miciſum exſtru argento curauit, nec non opulentissimis adauxit fundatio-
nibus, quarum Tu Perillustris D. ex aſſe Hæres factus es Maiorum Tuorum
gloria aſſcla, & Promotor. Qui, posteaquam primitias atatis Tuæ honestis-
simis literis in Emporio ſcientiarum Iagellonicuſ consecrāſſes, aquè poſt in
Aula S.R.M. & in exteris Nationibus clarus ubiq; virtuoso Arboris Tuæ
fructu irradiabas, irradias, lucesque, non modo hucusq; Ecclesia, & Reipu-
blica, emolumento ac ornamento, quo vt lucescas perenniter pio & deuoto ob-
ſtrictissimus voro, famularijs obsequio appreccatur Tibi, Tuus infimus & ob-
ſequentiſſimus Cliens

THOMAS CASIMIRVS MVSZYNSKI,
Primæ Laureæ Candidatus.

A D
Excellētes & Aīdum Rñdos DD.
Examinatores, & Promotorem,
M E M N O S Y N O N.

EXitus acta probat: subiectaque lora laborum,
Arbitrijs vestris, votique fauore potiri
Exposcunt humiles, vestrumque & Matri, Alumni,
Acta probate Viri: Quibus est iam gratia danda.
Atque Tibi primæ debentur in ordine grates
SVSKI, qui nostri es primus certaminis author,
Clarus Aristoteles, cui nec non Tullius alti
Ingenij dotem, summum & concessit honorem
Hæc Tua per populos resonabit candida virtus,
Præmia dum tribuis sudato parta labore.
Et Tua sublimis virtus, sublime meretur
Grati animi pretium sæclō memorande pereundi
BALTHAZAROWIC, Stoꝝ peramabile fidus.
Sed GIADYSZ nostræ Censor clarissime mentis,
Dicere quis poterit laudum documenta Tuarum?
Te Sacer exornat diademate cinctus Apollo,
Proque foci, Arisque, Tuæ & pro Matri honoræ
Quis Te naufragium caræ & dispendia vitæ
Mente subisse neget? vero & pietatis amore?
Anchora Musarum nisi tunc, cum corruct orbis,
Laude potest frangi; sed factis viuere cælo.
Iam Promotor adest, celsi consendit honoris
Pulpita, STALICKI nobis hic præmia confert
Est pietatis amans, cui tuta modestia nupsit,
Præmia dum cupimus, vestigia tanta sequamur.

VV. DD. Candidatis.

I.

V.D. IOSEPHO KVPISEWIC CRAC:

Ex 1. Ignis Elemento plausus.

Mænalijs facunde Nepos, cui suave loquendi
Militat obsequium, primus ad arma ruis?
Ignem, crede mihi sequitur Tua viuida virtus,
De cerebro largi est (sic scio) Nata Iouis.
Ingenium tue åre Tuum, tum munera lingua,
Pars poteris Craci dicier inde loci.
Ignis in astra volat, propriâ virtute caloris,
Tu quoquè linquis humum dum Tibi suadet honor.
Matte animo, merite virtutis præmia sume,
Sume hæc, ex curis, præmia parta tuis,
Ito precor Superis, fatisquè fauentibus ito,
Ad decus at Patriæ, quæ Tibi nidus adest.
Sic claros titulos, nomen, famamq; perennem,
Æternis fastis, immoritare feres.

II.

V. D. IOANNI BEROWIC CRAC.

Ex 2. Aeris Elemento plausus.

Quid rudes frustra calamos molestas?
Cogis, & dignas celebrare laudes,
Certatu stricti BEROWIC amoris
Portio nostri.

Non

Non mihi vis hæc: decus hoc Camænis
Crede, deposita Ciceronis ora
Et graues sensu, gracilesq; fandi,
Poscit Homeros.

Quis Tuæ menti dabit eruditæ
Debitas laudes? super Axæ nubes
Cur ferant imbræ, rutilentq; stellæ
Conscia pandit,

Aëris quâ vi roseum coruscet
Lumen emissum, remeante nube,
Vnde tempestas oritur, vel vnde ef-
funditur æstus

Gnarus istorum, dominaris Astris
Vrbis excelsæ generosa Proles,
Inclytæ Matri, Patriæ quæ, nec non
Cresce Parenti.

Nomen æternis referet Camænis
Fama, per fasces super Astra latum
Hoc Tuo Laurus; peritura nusquam,
Spondet honor.

III

V. D. LAVENTIO AVG: HEBDOWSKI,

Ex 3. Terra Elemento plausus.

VT Pirrhus Patrias veheret post æquora laudes,
Quæsijt in Latium per mare classè viam:
At mea Musa Tuas cupiens percurrere laudes

HEBDOWSKI comitem querit in Astra viam.
Nam si quis cupiat facunda nosse Parentis

Terra naturam: scis bene gnarus eum;
Non Tibi iam telluris opes, nec commoda mundi

Quarere mens fuerit, quare quid Astra velint!
Per Laurum Tua Te virtus & gloria tollit,

Tollit ad Astra, Tuosternit itergo bono.

{ E qua-

Equator Elementis Elementum offertur aqua.

V. D. THOMÆ CASIMIRO MVSZYNISKI,
in signum Fraternæ necessitudinis
Per V. D. LAVREN: AVG: HEBDOWSKI,
eiusdem Laureæ participem

Aquâ sapientia potabit illum. Eccl. 15.

Bis duo sunt elemta quibus stat machina mundi,
E quorum numero, terminat vnda scopum,
Äera scrutatus, flammamq; & pondera terræ,
Quærere desieras, quām bona vis sit Aquis.
Nil mirum: quot opes, & quot sunt commoda mundi,
Cuncta ab Aquis Rerum, (scis) remeare bono,
Germen odoriferum plantæq; & semina, flores,
Brutaq; conspicuâ viuificantur aquâ.
Viuificantur aquâ latices & vena, Poëtis,
Quamde Pegasidum fonte propinat Equus.
Es Tu Pegasidum non vltima fama sororum,
Nam Tibi facundus, Tullius ore fluit.
Sive Sophum, memorem, Tullum si tango Maronem,
Dotibus istorum tangeris ipse tribus.
Sic non aëreris, non Terra, nec Ignis; amænâ
Sed potatus aquâ, mens sapientis eris.
Vtere MVSZYNSCI tam sorte bonâ: Tibi versus
Largâ ope Thespiadum mille Poëta fluunt.

Sub Felicibus Auspicij.

Per illuſtris Magnifici & Admodum Reuerendi Domini,

D. M. ANDREÆ KVCHARSKI:
S. Th. Doct & Professoris, Canonici Crac, Præpositi ad Ædes
SS. OMNIVM Parochi Proſouieien Almæ Vniuersitatis Crac.
Studij Generalis, RECTORIS Vigilantissimi.

Bg. 1.18.



